



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

18 An privilegium, & dispensatio amittatur per non vsum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



in voto priori, & iuramento renuntiare posse; quantumcumque enim velis illi renuntiare, non poteris obtinere, quia iam à tua voluntate non dependet, sublatum enim illo vinculo, semper manet sublatum, etsi possis aliud denovo, & omnino simile tibi imponere. Adde contingere posse te velle renuntiare dispensationi concessæ in voto, aut iuramento, quin votum, aut iuramentum denovo facias, quod contingit, quando ignoranter existimas in tua voluntate esse positum prodesse, vel non prodesse dispensationem; & insuper habes voluntatem non rependi votum; tunc enim votum non repetis, & renuntiationi non habet effectum. sic Salas disp. 20. §. 19. fin.

10 Sed inquires, quis possit hanc renuntiationem privilegij, & dispensationis acceptare?

Respondio nullum alium præter concedentem privilegium, aut habentem ab illo commissionem: cum enim hæc acceptatio renuntiationis, sit virtualis revocatio concessionis factæ; à nullo alio citri potest, nisi ab illo à quo fuit facta concessio, aut ab illo, qui ab eo habet commissionem. Hanc autem commissionem non censetur habere executor dispensationis, & privilegij, quia hic non est delegatus ad revoandam dispensationem, sed potius ad illam exequendam, & ita aliis relatis docet Sanchez lib. 8. disp. 22. n. 4.

11 Sed quid dicendum de tacita renuntiatione? Tacitam renuntiationem appello eam, quæ desumitur ex actibus, qui non videntur stare posse cum animo vtendi dispensatione & privilegio, verbi gratia dispensatus fuit in aliquo impedimento ad contrahendum matrimonium cum Maria, contraxit postea cum Carolina, videtur renuntiare dispensationi tibi concessæ. Item dispensatus fuit ad beneficia obtinenda, dicit uxorem, videtur renuntiare dispensationi factæ.

12 Credo tamen huiusmodi actus stare optime posse sine voluntate renuntiansi dispensationem, & privilegium concessum, quia potest habere animum retinendi privilegium pro tempore, quo eius usus licitus illi fit. Sed demum fieri illos actus animo revocandi privilegium, vel dispensationem, non obinde dispensatio, aut privilegium amittitur; quia si renuntiatione expressa privilegij non valet cassare privilegium, nisi acceptata sit à concedente privilegium, neque etiam renuntiatione tacita illam efficaciam habebit, quovis per concedentem privilegium fuerit acceptata. Requiritur ergo, vt privilegium, & dispensatio cessent per renuntiationem, tacitam acceptatam à concedente.

13 Ex his inferitur primò si dispensationem obtinueris, vt conjugumque duceres & duxisti aliam, vel castitatis votum fecisti, poteris mortua vxore, vel dispensato voto, vt priori dispensatione; quia illa dispensatio non fuit amissa, habuit enim effectum, qui non revocatur. Quod verum est, etiam si reperis instumentum, vel iudicium dispensationem continens, quia hoc solum impedit, ne facta fides in foro exteriori, non tamen invalida dispensationem iam concessam, sic Sanchez disp. 32. n. 6. Basilus de Leon lib. 8. c. 18. §. 3. n. 20.

14 Inferitur secundo, si illegitimus impetrat dispensationem ad beneficia, vel quilibet alius ad plura beneficia habenda, & obtenta dispensatione ad nuptias transierit: adhuc non contingit dispensationem, sed mortua vxore posse beneficia consequi. Ratio est, quia matrimonium non reddit cassam dispensationem sed illius usum suspendit. Item quia dispensatio illegitimitatis tollit inhabilitatem ad beneficia; quæ inhabilitas semel sublata non redit per matrimonium contractum; non igitur matrimonium facere potest, vt iterum censetur illegitimus. Si autem dispensatio sit ad plura beneficia obtinenda, est dispensatio in lege statuente, neminem posse plura beneficia retinere, sed votum tantum. At ex tali dispensatione non conceditur dispensatio ius aliquod ad beneficium, quia neque est iustitio, neque electio, nec presentatio, sed solum redditur habilis, & capax illorum; siquidem lege prohibente pluralitatem beneficiorum solutus est. Hanc autem capacitatem, & habilitatem: quia non est ius ad beneficium, non tollit matrimonium, sed suspendit eius usum. sic Sanchez lib. 7. de impedim. dispensat. 42. num. 9. & consentire videtur Basil. loco citato.

PUNCTUM XVIII.

An privilegium, & dispensatio amittatur per non usum.

- 1 Amitti per non usum. Et qui non usus debeat esse.
- 2 Proponitur efficax dubitandi ratio.
- 3 Privilegia quæ in aliorum gravamen non cadunt, non peruntur per non usum.
- 4 Quæ cadunt, tunc amittuntur, quando gravati præscribunt.
- 5 Excipit, nisi in privilegio fuerit appositum, vt raritas illo tuo arbitratu.
- 6 Decennium affirmat communis sententia sufficere, vt gravati præscribant adversus privilegium, privilegium non vitentem.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pais I.

- 7 Resolvitur dari non posse regulam generalem, sed aliquando decennium, aliquando vicennium, & ultra est requisitum.
- 8 Amittuntur hæc privilegia tam in foro exteriori, quam in conscientia.

1 **Q**uestio procedit solum in privilegijs, & dispensationibus respicientibus actum aliquem positivum, qualis est accipiendi decimas, comedendi carnes diebus prohibitis, eligendi ad beneficia, & similia, quia solum in his potest inveniri non usus, hoc est, carentia huius privilegij, sic DD. statim referendi.

De his ergo privilegijs regula generalis est per non usum amitti: sic docent glossa, Abbas, Innocent. Felin. Decius, in cap. cum accessissent, de consuet. Azor lib. 5. c. 4. q. 8. & c. 42. q. 8. Salas de legib. disp. 17. §. 1. n. 63. & disp. 19. §. 1. n. 115. Suarez lib. 8. c. 34. num. 2. Bonacina disp. 1. q. 3. p. 8. §. 5. n. 3. Basil. de Leon lib. 8. de matr. c. 18. §. 3. n. 22.

Pro huius regulæ explicatione advertendum est primò, non deperdi privilegium, per quemlibet non usum illius, sed per non usum voluntarium, & liberum, data occasione vtendi privilegio, qui vocatur non usus privatus, seu omissivus. Nam si longissimo tempore nunquam se obtulit occasio vtendi privilegio, vel obligata occasione non potuisti illo, vt per talem non usum amitti non potest privilegium, quod constat ex leg. vnum ex socijs §. vlt. c. l. §. ff. de servit. rust. vad. vbi habetur non amitti servitutem mihi debitam, de aqua ducenda in fundum meum si illa vis non fuerit, quia fons exavit. sic Doctores supra relati. Ex quo fit, si vniuersitati sit concessum privilegium scholasticis ad gradus magistrj, vel Doctoris promovendi: & per decennium, vel longius tempus neminem promovit, quia nullus promovendi voluit privilegium non amittere. Excipit, nisi vniuersitas causam dederit scholasticis, quare nolint promoveri, quia tunc est idem, ac si noluisset promoveri volentem. Idem est si privilegium habes à Principe exigendi aliquod tributum, vel excludendi milites à civitate: & nulla se occasio obtulit exercendi privilegium, privilegium non amittit, sic Basil. Salas, Azor, Bonacina, Suarez supra, cum alijs. Ad idem est, si privilegio non vtaris ob conventionem factam cum alio. Bonacina numero 5. Suarez cum Felin. libro 8. capite 34. num. 26. ad fin. quia tunc ratione conventionis factus es impotens vtendi illo, vel, vt melius d. cam videtur æquivalenter privilegio vti, si aliquid pro non usu illius recipis.

2 Sed circa supradicta est prima difficultas, qua ratione per non usum possit privilegium, quod ab initio, & absque determinatione temporis conceditur, amitti? Ratio difficultatis est, quia non usus rei propriæ non tollit dominium illius; hoc enim dominium non deperditur præcisè ex eo, quod te propriæ non vtaris. Ergo non deperditur privilegium per non usum. Aliàs dominium pecuniæ, & vestium, aliarumque rerum mobilium, & immobilium deperderes eo solum, quia illis non vtaris, quod est falsum. Requiritur ergo ad minus quod illas relinquant, & te abiciant, & quasi pro derelicto velis habere, ex l. 1. §. ff. pro derelict. Ergo quoties privilegium à te non abicitis, quod renuntiatione debeat fieri, non poteris illud per non usum amittere. Deinde non usus in tantum esse potest causa amittendi privilegium, in quantum indicat illius renuntiationem, vel est occasio, quod gravatus privilegio adversus privilegium præscribat. At neque ex his rationibus probat amitti privilegium per non usum. Ergo. Probo minorem quoad primam partem. Nam licet non usus privilegij indicet renuntiationem illius, & renuntiatione etiam expressa non amittitur privilegium, quovisque acceptetur à concedente. Ergo ex non usu, quatenus significat renuntiationem, amitti ipso iure non potest. & sic vltra DD. superiori §. relator docet Suar. illo cap. 34. num. 27. Adde ex non usu privilegij prælati non posse renuntiationem illius; quia ob alios fines potest privilegiatus privilegio non vti, vt notavit Basil. de Leon illo cap. 18. §. 1. c. 3. cum Valquez 1. 2. disp. 177. n. 54. & 55. Suar. c. 4. n. 17. c. leg. Quod autem ex non usu, quatenus occasio est, quod gravatus privilegio adversus privilegium præscribat, amitti non possit, sic probo. Tum quia hoc non esset amittere privilegium per non usum formaliter, sed solum occasionaliter tantum: quia non in omnibus privilegijs potest dari præscriptio. Quæ enim præscriptio dari potest, in privilegio tibi concessio comedendi decimas, recitandi ante horam consuetam & aia similia, quæ solum privilegium respiciunt, neque versantur circa alios, vel tollendo ab illis commoditatem aliquam vel imponendo novum onus, siquidem præscriptio non est sine possessione continuata rei, quæ præscribitur: at huiusmodi privilegia non habent viam, qui extra privilegium egrediatur. Ergo in illis nullus potest præscribere. In alijs autem privilegijs, quæ in alio um gravamen, & servitutem redundant, vt sunt privilegia decimandi, imponendi tributa, etiam videntur posse gravari illis privilegijs præscribere adversus privilegium: at hæc præscriptio tolli videtur à concedente privilegium, siquidem in voluntate privilegij constituit usum eius. Quoties autem voluntati privilegij remittitur usus privilegij censent plures non contentandi Doctores non posse adversus





ius privilegiarium præscribi, sic Felin. in cap. cum accessissent, de consuet. n. 2. 6. & 27. Decius n. 27. Balb. de præscript. q. 5. prim. vers. quare quare, n. 4. Gloss. ordinis c. vi. privileg. gloss. pen. in fin. de privileg. vbi Anton. Molin. de Hispan. primog. l. 2. c. 7. fin. §. sed variis videtur Azuced. lib. 5. tit. 7. l. 2. noua compilat. sine Azot. lib. 5. c. 4. q. 8.

3 Pro resolutione huius difficultatis dicendum est primò privilegia, quæ in aliorum grauamen non redundant, qualia sunt privilegium non ieiunandi, non recitandi, comedendi lacticia, dicendi sacrum ante horam conuersam: quibus etiam annecti debet privilegium audiendi confessiones, ministrandi sacramenta, eligendi Confessorem; quia ex tali privilegio non derogatur ordinata potestas, siquidem integra manet, & ex alia parte leuatur eius onus, & animarum salutis maxime profest: vt bene dicit Suarez n. 15. Bonacina n. 5. Basil. de Leon n. 22. De his ergo privilegiis, probabilis censetur, nunquam perdi per non vium quantumcumque continuatum; quia nulla est lex statuens hæc privilegia amitti per non vium, leges enim statuentes privilegia per non vium amitti vt l. 1. ff. de nundinis; & in nostro regno l. 42. tit. 18. p. 3. l. 2. p. 5. loquuntur de privilegiis, quæ in grauamen aliorum cedunt, vt legenti constabit. Ergo non sunt extendenda ad hæc privilegia. Tum quia restitutio privilegiorum, & illorum decisio est quid odiosum: quia est diuersa ratio, siquidem in illis, quæ circa aliorum actus versantur, potest dari præscriptio: at in his privilegiis, quæ solum privilegiarij actiones respiciunt, nulla esse potest, vt ex ratione dubitandi constat. Ergo. Et ita sentit Suarez n. 16. Bonacina, Basil. de Leon supra.

4 Dico secundo, privilegia, quæ in aliorum grauamen cedunt, tunc amittuntur à privilegiario per non vium, quando grauati aduersus privilegiarium præscribunt. sic docet Basil. de Leon lib. 8. c. 18. §. 3. n. 22. Suar. l. 1. c. 34. à n. 16. præscript. num. 20. & segg. Bonac. n. 5. Salas, Azot. & alij in principio relati. Ratio est, quia præscriptio vim habet mutandi rerum dominia, & consequenter auferendi ab alio, quod sibi proprium erat. Ergo si grauati aliquo privilegio aduersus privilegiarium præscribunt, præscriptio facta peribit in privilegiario privilegium: dicitur autem petite per non vium illius, quia ex non vium orta fuit formaliter præscriptio. Quod autem in his privilegiis præscriptio inveniri possit, probatur facili, quia vel illa privilegia sunt de exercenda aliqua actione illis onerosa, vel de exigenda ab illis, quocumque eam modo sit privilegium, si privilegiarius eo non vitur longo tempore, alij præscribere poterunt contra privilegiarium, ne illo privilegio vitur. Ergo. Probo minorem. Nam ex eo quod privilegiatus tali privilegio non vitur alij possident se, & sua pro libito, siquidem privilegiatus illos non grauatur ex actione alicuius operis, vel impositione illius. Sed possessio hæc longo tempore continuata, est præscriptio. Ergo.

5 Limitant tamen hanc conclusionem gloss. Balb. Decius, Molin. Azot. & alij relati supra in ratione dubitandi, vt intelligatur, quando non est in privilegio expressè appositum, vt vitas illo pro tuo arbitratu: nam si tunc voluntarius vitas liberte relicta est, censent hi DD. non præscribi aduersus illud, quia dici non potest dum vita durat, te non vit privilegio, siquidem privilegium dicit: Vitas illo, quandiu volueris. Ergo dum potes velle vit privilegio, concessioni illius non contradicis. Et confirmo. Si privilegium diceret: Concedo tibi facultatem instruendi maioratum in tua vita, vel tempore mortis, tale privilegium pro tua vita per non vium amitti non poterat, quia dum vita finita non est, iudicari non potest te privilegio non vit, vt expressè tradit in hoc casu Molin. de promog. illo cap. 7. fin. Azuced. l. 2. fin. tit. 7. lib. 5. noua compil. Mol. Theol. tom. 3. de iustit. m. 2. disp. 599. fin. n. 10. Sed idem casus esse videtur, quando tua voluntarius vit privilegij relinquatur; facit enim huic sensum: Si velis in tua vita hoc privilegio vit, tibi est concessa facultas. Hæc limitatio displicet nostro Mol. Theol. sup. Salas disp. 19. de leg. fin. n. 15. Suar. lib. 8. c. 34. n. 28. & displicet Abbati in e. vt privileg. de privileg. & Iacobi sub dubio in l. 1. n. 57. ff. de consen. prim. p. Anton. de Padilla in l. 2. C. de iur. iur. rescript. 5. Quia in quolibet privilegio tacite inest hæc conditio, si illo vit voluntarius privilegij, non enim obligatur illo vit.

Cæterum mihi retinenda videtur limitatio supradicta, vapore maiori Doctorum calculo firmata. Fateor ergo in quolibet privilegio subintelligi illam conditionem vt privilegiatus illo vitur, si voluerit, sed non subintelligitur eodem modo, ac quando exprimitur; quando enim exprimitur illa conditio, extenditur pro tota privilegiarij vita, ac proinde impeditur præscriptio aduersus illud, durante vita; at quando illa conditio non apponitur, solum intelligitur concessa facultas pro tempore, quo alius aduersus privilegiarium non præscribit. Mouet ad hanc distinctionem apponendam, ne cogar dicere illa verba, quibus vit privilegij liber voluntarius privilegiarij remittitur, esse inuoluntate appoia.

6 Secunda difficultas est, quantum tempus requiratur, vt aduersus hæc privilegia, quæ in aliorum grauamen cedunt, detur præscriptio? Communis sententia docet requiri, & sufficere decennium, sic Felin. Panorm. Decius in cap. cum accessissent, de

constit. Bath. Iafon. & alij in l. 1. ff. de nundinis, & in l. falso C. de diuersis refer. Rebuff. in pract. tit. de different. inter privileg. & rescripta. num. 41. Mandol. ar. de privileg. ad instar gloss. 1. num. 5. & alij plures relati per Bald. tr. de præscr. 4. p. 5. prim. vers. quare quare, Mouentur ex suprad. l. 1. ff. de nundinis, vbi facultas concessa à principe celebrandi nundinas, si per decennium illis non fuerit vitus, amittitur. Et confirmari potest ex l. 42. tit. 18. part. 3. vbi affirmatur privilegia, quæ dantur ad aliquid agendum, quæ alias non licent, decennio petire, si illis privilegiatus non fuerit vitus: & ponit exemplum in privilegio nundinarum extrahendi à regno vitata, vel vendendi ea, quæ vendete non licebat, seu per aliam menturam inconstatam, & his similia; hæc enim privilegia vituntur lex, semper durans, si vitaren dellos fasta diez annos desde el dia, que les fueren dados, mas si fasta este tiempo no vitaren dellos, desde adalante perdense, e no deben valer.

7 Cæterum existimo regulam generalem statui non posse, sed attendendas esse leges præscriptiois, vt inde colligatur, quando hæc privilegia amittuntur; aliquando enim in præscriptioe sufficit decennium, aliquando verò requiritur vicennium, vel triennium, vel quadragennium. Ergo cum hæc privilegia non amittantur præcisè ex non vium, sed ex præscriptioe, tempus, quod fuerit ad præscriptionem requisitum, erit etiam ad amissionem horum privilegiorum: & ita tenet Suarez lib. 8. cap. 34. num. 20. Basil. de Leon lib. 8. cap. 18. n. 23. Menoch. lib. 6. præsumpt. 41. sine. & lib. 8. consil. 727. in fine num. 13. in nouissima editione, in quibus locis plures Doctores referunt, affirmantes decennium solum intelligi de privilegiis singularibus concessis, non de privilegiis concessis communibus, & Ecclesiasticis personis, in quibus longus tempus ad eorum amissionem requiritur: regulatit enim decennium inter præsentem requiritur, vicennium inter adentes, quia hoc tempus sufficiens est ad præscriptionem seruatum; & iurium incorporatum; vt tradit Anton. Gomez libro 2. var. cap. 25. Couar. lib. 2. var. cap. 17. Molin. Theol. tract. 2. de iust. disp. 7. ad quæ privilegia reduci possunt. At si privilegia sunt Ecclesiis, aut monasteriis concessa: tunc quadragennium est necessarium ex cap. necedensibus, de privileg. c. illud, de præscript. & licet in c. si de terra, de privileg. videatur expostulati, vt sufficiens triennis præscriptio; at per caput accidentibus, correctum esse videtur, vt ibi tradatur glossa, Feñu, Abbas, & alij communiter.

In nostro tamen regno privilegia ad agendum concessa deperdunt per non vium illorum intra decennium à concessione: privilegia verò ad non agendum, sciunt ad non soluendum tributum non deperdunt, nisi per non vium per triginta annos, quæ omnia constat ex l. 42. tit. 18. part. 3. & ibi Lopez Matiezco lib. 5. tit. 10. l. 1. gloss. 17.

Neque obstat aduersus hæc l. 1. ff. de nundinis; tum quia hæc loquitur in speciali casu, & qui maxime præiudicat vniuersis, idèque breuiori tempore amittitur, vt dixit gloss. ibi, & in l. falso, verbo peracta, C. de diuers. res. tum quia et privilegium laicis concessum, quod decennio amitti potest præscriptioe in contrarium. Et eodem modo explicanda est l. 42. supra relata. Adde carere probabilitate in nostro regno non amitti privilegia illa ad agendum, vel non agendum concessa: si in primo decennio, vel triennio à die concessionis illis vitus fuerit, etiam si infra illud decennium, vel triennium longissimo tempore illis vitus non fuerit, quia ita videtur decidi in suprad. l. 42. illis verbis, Tales privilegia como estos duran por siempre, pero perdense, si los hubieren no vitaren de ellos, fasta treinta años del dia, que les fueren concedidos, Idem habetur in l. 3. tit. 7. 1. 5. in fin. & infra loquens de privilegiis ad agendum dicit duran siempre, si vitaren de el, fasta diez annos desde el dia, que les fueren dados. Vnde ad perpetuam horum privilegiorum soluta videtur expostulati, vt in primo decennio, vel triennio, illius legis constat, & tradit Gregor. Lopez ibi, verbo fasta treinta años, & probabile reparat Suar. n. 24. Basil. de Leon n. 23, est probabilis censent per non vium decennij, quocumque tempore sit, amitti.

8 Tertia difficultas est, an hæc privilegia, quæ per non vium cum auctus præscriptioe amittuntur, non solum in foro externo, sed etiam in interiori amittantur?

Respondeo affirmatiue, quia præscriptio præbet iustum titulum possidendi rem, & tollit potestatem à quocumque alio illa vitendi, sic docet Suarez lib. 8. cap. 34. num. 26. Bonacina disp. 1. q. 1. 3. p. 1. n. 8. §. 5. sine Basil. lib. 8. de matre, c. 8. §. 3. n. 24. Salas disp. 17. §. 1. n. 64. vers. ubi dominus.

PUNCTVM XIX.

An privilegium amittatur per actum contrarium illius.

- 1 Non amittitur, si privilegium solum favorem privilegiarij respicit.
- 2 Cessat privilegium, si tractum successuum non habens.